

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 24. Lutherani mortuo Joanne Casimiro ad Palatinatum redire prohibiti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. ligioni patriæ addictum, pueritiae ejus erudiendæ præficiat. His petitis annuebant Lutherani, moxque juxta hæc postulata decretum contra Calvinistas condebatur, ex quibus non pauci suos errores scriptotenus ejurarunt, apposito etiam suo chirographo. Praeterea scripto proponebantur articuli, in quibus Calvini, & Sacramentariorum doctrina a Confessione Augustana, & Lutheri hæresi differebat: demum vero illi, quorum fides suspecta erat, ad ejrandas hasce doctrinas vi adigebantur.

A.C. 1592.

§. XXIV.

Lutherani mortuo Joanne Casimiro ad Palatinatum redire prohibiti.

Thu. l. 104.

Sub idem tempus Calvinistæ vim sibi a Lutheranis illatam ulciscendi opportunam nanciscebantur occasionem, dum illos dextere præpediebant, ne prout tamen speraverant, post obitum Joannis Casimiri, qui Friderici Palatini Electoris Filius erat, ad Palatinatum redirent. Ceterum hic idem Princeps hoc anno die decima sexta Januarii vi vis eruptus tam Palatinatum, quam Electoralem dignitatem administrabat, Friderico Ludovici fratri sui Filio adhucdum tutorum potestati subiecto, hic vero ad Patris sui exemplum Protestantium, qui apud Helvetios, &

Gallo

Gallos erant, sectam amplectebatur, *Sæcul. XVI.*
 unde etiam in Franciam auxiliares co-
 piæ, ut supra meminimus, in Hæreti-
 corum opem adducebat, quin tamen
 amplæ de ipso conceptæ spei operis
 præstantia fatisfaceret: mortuo autem
 Casimiro Richardus de Simmeren, ju-
 veni Friderico proxime sanguine junctus,
 Provinciæ, quæ ad hunc pupillum perti-
 nebat, admiristrationem haud ægre a
 Cæfare impetrabat; ipse enim se Cal-
 vinistarum Ministros ejecturum pollicie-
 batur, eo animo, ut Confessionis Au-
 gustanæ usum illuc introduceret: ve-
 rum Richardi consiliis vehementer ob-
 luctabantur Palatini Ordines, firmiter
 contendentes, quod juvenis hic Prin-
 ceps utpote jamjam decimum octavum
 ætatis suæ annum agens rerum sum-
 mæ ipsus præesse valeret, atque ex au-
 reæ Bullæ præscripto Electoratu*i* ad-
 ministrando par esset: demum Richar-
 dus de Simmeren post crebras alterca-
 tiones ultro, citroque habitas sese sub-
 misit, exclusis a Palatinatu Lutheranis.

§. XXV.

Cardinalis de Mendoza mortuus.

Hoc item anno Ecclesia quinque Car- *Ciac. vit.*
 dinalium mortem lugebat, ex qui- *Pontif. t. 4.*
 bus duo, Joannes de Mendoza, & Hie- *pag. 183.*
 ronymus de la Rouere sede vacante, *Aubery vie*
reliqui des Card.

R. 3